



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

54. In eode[m] Festo tripartita. Ecce servus meus suscipiam eum, electus meus, co[m]placuit sibi in illo anima mea, dedi spiritum meum super eum.
Isa. 42.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

ad offerendum opus hoc mirabile, quod intendis facere in terra, creaturam minus idoneam non reperit, propterea me elegit. Ita Speculum vitæ Francisci, parte 2. cap. 37. Verè poterat ipse dicere, quod olim Chri-
 stus Dominus in spiritu exhilaratus: Confessor tibi Pater, quia hac abscondisti à sapientibus, & revelasti ea parvulis. Ita Pater, quia sic placium fuit ante te.

Matth. II.

Abac. 3.

Galat. 6.

Isa. 59.

Concludamus igitur, & dicamus, has esse quatuor rotas, quæ Franciscum evererunt in cælum inter Seraphinos: *Contempnum seculi, Contempnum sui, Amorem ignium proximi, Amorem ardentem Dei.* Hæc etiam quatuor rotæ omnes everunt ejus sectatores. Nec opus est aliis equis currum hunc erabentibus: quia & ipsæ rotæ equi sunt, spiritus enim vitæ est in rotis. Angeli interim comitantur hæc quadrigâ vectos, tanquam directores quadrigarum illarum de quibus apud Prophetam: *Quadriga tua salvatio.* Merito itaque inclamantur Franciscus in cælum eundem tanquam alteri Eliæ; omnes ejus filii & discipuli: *Pater mi, Pater mi, Curvus Israel & auriga ejus,* portans & dirigens veros Israëlitas, tuæ virtutis æmulos, & ad visionem Dei aspirantes in cælum usque. Merito rursus ei inclamantur: *Obsecro, fiat in nobis spiritus tuus duplex.* Quid est spiritus duplex, nisi spiritus ejus primitivus, sive verus spiritus Ordinis ejus, qui ipsius meritis & intercessione semper in aliquibus manebit usque in finem sæculi. Semper enim aliqui reperientur, qui sincerè ejus regulam & constitutiones sectentur; de quibus verbis S. Pauli dicit: *Quicumque hanc regulam fuerint secuti, pax super illos, & super Israel Dei.* Hæc enim est quædam promissio facta Francisco, similis illi: *Hoc fœdus meum cum eis: Spiritus meus qui est in te, & verba quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, nec de ore seminis tui, nec de ore seminis feminis tui, dicit Dominus amodo & usque in sempiternum.*

Quid est rursus Spiritus Francisci duplex, nisi is quem antea descripsimus, & vocavimus spiritum vitæ in rotis? An non spiritus duplex est zelus gloriæ Dei, cum zelo salutis proximi? An non spiritus duplex, contemptus perfectus sæculi, cum contemptu fuit? An non spiritus duplex, spiritus obedientiæ & castitatis? An non spiritus duplex, spiritus agendi bonum, & fugiendi malum? An non spiritus duplex, spiritus activæ & contemplativæ vitæ? An non spiritus duplex, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus contemplationis & unionis?

Cbclusio.

Hunc ò sancte Pater Franciscæ, impetra filiis tuis, ut nunquam ille deficiat de corde & mente eorum, nec de ore seminis tui, benedicti juxta votum tuum, & juxta promissum tibi à Domino *Hoc fœdus meum cum eis.* Hic spiritus semper eos regat, contineat à malo, impellat ad bonum, accendat ad zelum, ut pallii tui heredes, sint & spiritus simultui consortes, ac virtute & ductu illius, cum illis quos intrantem populis, hujus sæculi fluctuan-

tis aquas, quasi Jordanis vortices, secuto valeant pertansite vestigio, & in Jerusalem, ad pacis æternæ visionem pertingere.

Epitaphium S. Francisci, scriptum à Romano Pontifice Gregor. IX.

Appen- dix.

FRANCISCI ROMANI
 CELSA HUMILITATE CONSPICUI
 CHRISTIANI ORBIS.
 FVL CIMENTI,
 ECCLESIAE REPARATORIS,
 CORPORI NEC VIVENTI, NEC
 MORTVO.

Christi Crucifixi plagarum
 clavorumque,
 Insignibus admirando,
 PAPA novæ fœtus: collacrymans,
 Lætificans & exultans,
 Jussum manu munificentia posuit,
 Anno Dom. M. CCXVIII.
 XVI. Calendas Augusti.

Ante obitum mortuus est, post obitum vivus.
 Hoc Epitaphium uncialibus litteris inscribi iussit Pontifex Assisii humili Francisco, qui moriens optarat ex humilitate sepeliri in colle inferni, sive in loco supplicis malefactorum destinato. Hoc autem Epitaphio glorioso vult indicare, quomodo mortificationem Jesu semper in suo corpore circumtulit, qui post mortem integro corpore stans, & vividis oculis in cælum respectans, cum factis stigmatibus, sanguine quasi recenti manantibus perseverat. Talem vidit Nicol. V. Pontifex, anno 1449.

DE EODEM FËSTO.
Eccc servus meus suscipiam eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea, dedi spiritum meum super eum. Isa. 42.

Lect. 31. tripliciter.

Tanta fuit excellentiæ S. Francisci, ut eam PARS I. nullis titulis ei datis satis assequi valeamus. S. Franciscus terrestris, Seraphim in carne, Angelus crucifixus, electus. Rectè hi ei tituli conveniunt: *Cælestis homo, in ge- servus Dei Similis Filio Dei & filio hominis, Typus Redemptoris, Exemplar perfectionis, Regula vitæ & virtutis, Sigillifer & Vexillifer nostræ religionis.* Licet his & multis aliis titulis gloriari valeat, ipse tamen qui semper humilitatem adamavit, & tanquam sortorem indiviso nexu sibi sociavit, hoc titulo mihi præ cæteris gloriari videtur, SERVUS JESU CHRISTI. Ser- vum

vum perpetuum applicabant Hebraei ad postes domus, & subula ei atrem perforabant. Autes eiperfodit Dominus per insigne obedientiae donum; unde poruit & ipse dicere illud Pfaltis: *Aures autem perfodisti mihi*, sive ut alia lectio habet: *Aures autem perfodisti mihi*. Ad quem verò effectum? *Ut facerem voluntatem suam Deus*. Fecit nimirum ipse voluntatem Domini perfectissimè, adimpletumque est in illo: *Ad omnia quae misit in te vobis*. Hunc quoque servum specialem Deo duplici sigillo signavit, sigillo scilicet Divinitatis in mente, sigillo quoque humanitatis in carne. ita ut bis valeat dicere: *O Domine ego servus tuus, ego servus tuus*. Aptè igitur conveniunt verba thematis propositi: *Ecco servus meus quem elegi, complacuit sibi in eo anima mea*. Sed cui affimilabimus fidelem hunc servum à Domino electum?

2/11. 39.
Jerem. 1.

1. Electus ut sit alter Noè.

Dicamus primò, eum electum esse, ut sit alter Noè, de quo dicitur, quòd invenit gratiam coram Domino, quòdque ambulaverit cum Deo. Elegit nimirum Deus Noè, ut arcam fabricaret, per quam à diluvii fluctibus mundus salvaretur. An non elegit Deus sanctum Franciscum ut inveniret gratiam, & coram se ambularet, novamque religionem quasi arcam novam, fabricaret, quam qui ingrederentur, à tempestate & fluctibus huius saeculi tuti forent, & salutis portum assequerentur? Fabricans Noè Arcam suam tres in caesecit mansiones: sic suam Franciscus instituens religionem tres in caesecit ordines, tresque regulas; & divinitus promissum accepit, illum qui in ordine permanerit, non perituum, nec à fluctibus absorbendum tartareis.

2. Ut sit inftar Abraham.

Dicamus secundò, electum ipsum fuisse, ut foret inftar Abraham *Pater excelsus, Paterque multarum gentium*, cui dictum est: *Egrede de terra tua, & de cognatione tua, faciamque te in gentem magnam*. Promisitque Deus postmodum, ut *stellas caeli exaltare semen ejus; & hereditare à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos orbis terra*. Sic & promisit Deus S. Franciscum religionem suam perduraturam usque ad iudicii diem; ejusque filios, inftar stellarum, firmamentum Ecclesiae militantis & triumphantis illustraturos. Quemadmodum etiam de Abraham dicit: *In carne ejus sicut fecit testamentum suum Deus*: ita & de Francisco dicere possumus, novum fœdus, novumque testamentum & pactum in carne ejus impressisse Dominum, per novam circumcissionem scilicet carnis, factam per sacra stigmata, ut fœdus ejus cum eo, & cum electo ejus semine, nunquam deleri valeret aut obliterari, sed ita et in perpetuum.

3. Inftar Moysi.

Dicamus tertio, electum fuisse inftar Moysi, Elegit Deus Moysen, ut populum de captivitate Pharaonis educeret, & virga sua percussit mare, per abyssos eis viam sterneret: sicque per viam trium dierum ad montem Dei Horeb pertingerent, ad sacrificandum. Sic elegit Deus servum sibi Franciscum, qui de Aegypto schecrota, & captivitate

Diaboli & vitiatorum, veros Israelitas educeret virgam poenitentiae; quae primo inftar colubri horribilis appareret, sed postmodum cum fiducia dum apprehenditur, virga fortitudinis est, & solatii ac virtutis. Per hanc virgam viam suam securam aperuit per abyssos huius saeculi: atque per viam trium dierum, per paupertatem scilicet, castitatem obedientiam, eos perduxit ad montem Dei. Iterum Moyses Dei fidelis servus ad hoc electus fuit, ut post quadraginta dierum jejunium legem in monte acciperet Dei digito in petra conscriptam. Unde & torus rediit radians ex alloquio Dei; ita ut non possent filii Israel in ejus faciem intendere. Sic & S. Franciscus quadraginta dierum jejunio in monte Alverni promeruit consortium Dei, ita ut ore ad os eum allocutus fuerit: simul quoque meruit non solum legem mortuam in petra conscriptam, sed legem vivam, vivi amoris indicem, digito Dei in corde & carne sua exararam. Quocirca factus est ipse *Liber scriptus inus & foris*: intus quidem ardenti & seraphica charitate; foris autem sacra stigmatum impressione, quae sunt litterae Dei quibus primævis vitae liber scriptus est. Franciscus igitur Copia quaedam est huius libri vitae & exemplar ex eo tanquam originali deductum, quod perlegere potest doctus & indoctus, idiota & barbarus.

Dicamus quarto, electum esse inftar Hieremiae, cui dicitur: *Præquam te formarem in utero novit te*. Et rursus: *Posui te super gentes & regna, ut evellas & destruas, aedifices & plantes, &c.* An non electus est S. Franciscus ut evellat & destruat, & aedificet & plantet? An non ex utero matris suae segregatus est ad id operis, ac postea specialiter vocatus ad ipsum. Quid illa vox ad eum tertio repetita ex ore Jesu Christi crucifixi: *Francisce, vado, repara Ecclesiam meam*? Quid, inquam, significabat? Utique non ad reparandam materialem Ecclesiam ex lapidibus & calce emortua vocabatur, ut primum intellexit, ideoque Ecclesiam S. Damiani, Ecclesiamque S. Mariz Angelorum, ac Sacellum S. Petri ut repararet, omnem movit lapidem: sed vocabatur caelitus primario ut Ecclesiam Dei ex vivis lapidibus restauraret, deficientem quaedam virtute veteris peccati veterisque hominis vitio. Hanc humeris ejus incumbentem videtur summus Pontifex Innocentius II. dum eum regula confirmationem petentem replisset. O quam fortiter Dei Ecclesiam per se & suos sustentavit & fulcivit! O quot lapides tumfonibus, pressuris, expolis, adduxit ad hoc aedificium, & suis deposuit ac cooptavit locis ut firmaret in aeternum! Possentis quoque dicere, Elia inftar electum esse, quando quidem surrexerit quasi ignis, & verbum ejus ut *facula ardens fuerit*, dum zelo zelatus est pro Domino Deo exercituum, ignito eloquio conterens petras & corda lapidea. Sed de hac re specialiter agit altera lectio. Certè electus est, ut ignem nubeserent in terram suam lucubrationibus & iustis, sicut quæ

4. Inftar Hierem. 1.

5. Inftar Elia.

Incendio totum optabat conflagrare mundum. Ignis in ejus pectore conclusus debuit per quinque fenestras toti orbi sese conspicuum reddere, & quaque versum flammam suas spargere. Voluit Deus ut orbis agnosceret ipsum victum ignea charitate & amore, sicque se etiam vicini permitteret. Unde illud:

*Uritur amor, me torquet amor, sum factus amoris
Alter amor. Nostri est victor amoris amor.*

6. Instar
Jo. Bapt.
Joan. 1.

Matth. 3.

Ossu.

PARS II.
Quomodo
se gessit
Deus erga
S. F.
1. Reg. 18.
Eccel. 33.

Insignia
Christi s.
vni. S. Fr.
data.

Dicimus postremo eum electum esse instar Joannis Praecursoris Domini. Sicut enim Joannes de se pronunciat: *Ego vox clamans in deserto, parate viam Domini*: id ipsum dicere potest Franciscus. Et enim in ipso omnia poenitentiam in clamabant. Clamat in ipso vox, clamant opera, clamat vultus, clamat cor, clamant membra, clamant stigmata & vulnera: *Facite fructus dignos poenitentiae. Securi ad radicem arboris posita est.* Amabat Joannes deserta loca, & in illis docebat vitam vitæ & poenitentiae. Amabat & illa Franciscus, & gemitibus replebat ea, sibi que sua & hominum peccata, Christi vero tormenta & vulnera descebat. Quodam die in sylvis à latronibus deprehensus, interrogatus est quis esset? Quid verò ipse? *Sum*, inquit, *Præco summi Regum.* An non ergo alter ipse Joannes, funiculis suis homines colligans Christo, disruptis vinculis quibus ligati tenebantur à Diabolo? Quid Christus nisi funiculus triplex coarctatus ex Divinitate, anima & carne? Ideo & ipse per Prophetam dixit: *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.* Hos funiculos tradidit Franciscus suo Praconi, ut per illos attraherentur, quos Deus attrahere disposuerat, ut non ultra traherent iniquitatem in funiculu vanitatis, & quasi vinculum plausivi peccatum.

Dicitur de Davide & Jonatha: *Adhaesit animo Jonatha animo David, & dilexit eum quasi animam suam.* Idem dici potest de Christo & Franciscus. Quia sicut ipse per os sapientis dixerat: *Est sibi fidelis servus? Dilige eum quasi animam tuam;* sic & se gessit erga fidelem suum servum Franciscum. Ulterius de Jonatha refertur, quod in inito speciali foederis cum Davide, expoliavit se tunica sua, & dedit eam Davidi cum armis suis usque ad gladium & arcum, & baltheum. Sic Christus in signum amoris & specialis foederis, non vestes exteriores, sed sacratissima illa vulnera dedit, quibus corpus suum fuerat insignitum. Arma dedit, quibus trophæa reculerat ac victoriam contra communem humani generis hostem; signaque victoriam ei communicavit, quibus peccatum & infernum debellaret. Sic eadem Stemmata & insignia valuit gestare Franciscus, quæ ipse Rex Regum, & Triumphator inferorum. Adornavit illum Dominus eo symbolo, quo nihil pretiosius in mundo reperitur; vulneribus scilicet illis quibus omne meritum, omnem gratiam, omnem cæli thesaurum, omnemque gloriam acquiritur, quia totius redemptionis lucere pretium

condignum. Hoc autem fecit insignium pacti perpetui, quod in æternum non delebitur. Et enim in æternum in S. Francisci mansura sunt sacra stigmata: quia post gloriosam corporum resurrectionem, inter Sanctorum choros, iisdem characteribus iisdem insigniis, quibus cælorum Imperator decoratus effugiebit: nec hanc specialis gloriæ prærogativam in terris incheatam, in coelis est ablaturo: *Sic honorabitur, quem Rex voluerit Epli. 6. honorare.*

Neque verò tantum exterius in Francisci carne Spiritus similitudine suam expressit Christus Dominus, Dei posset etiam interius Spiritum Francisci Spiritui suo similem effecit. Hinc sequitur: *Posuit super eum Spiritum meum.* Nempe participavit Spiritum excellentissimæ charitatis, ardentissimique, cum eiga Deum, tum erga proximum amoris, Spiritum quoque miræ puritatis, perfectissimæ paupertatis, obedientiæ perillustri. Omnia, inquam, ista ei communicavit Christus Dominus, omniaque dona & virtutes in gradu heroico, ut posset ex speciali benevolentia & favore de Francisco dicere quod amicus de amico singulari: *Alter ego.* Ut e iam posset S. Franciscus vicissim ei cum Paulo dicere: *Vivus ego, Gal. 2. jam non ego, vivis verò in me Christus.*

Quemadmodum olim Elifæus, ut puero Sunamitidis emortuo spiritum vitæ redonaret, ille se commensuravit, manus super manus, os super os, pedes super pedes apponens: Non ab similitudine Christi per Seraphim commensuravit se huic puero suo electo, filio Sunamitidis, hoc est ecclesiæ prædilecto. Latus lateri, manibus manus, pedes pedibus admovit, osque ori, ut spiritum ei cum miræ perfectionis inhalaret & inspiraret. Propterea dicit de illo: *Posuit super illum spiritum meum.*

Porro ergo S. Franciscus idem dicere quod Christus: *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me.* Non solum Spiritus Moysis eum unxit & replevit, qui divisus fuit in septuaginta, ut cum eo ferre valerent onera populi, cumque in veritate dijudicare: sed Spiritus Domini, Spiritus Christi unxit & replevit eum, idque maxime in Alverni monte. Hujus unctionis admirabilis, & plenitudinis Spiritus, ipse conficius & præficius jam antea fuerat. Nam post orationem & contemplationem in eodem monte quodam die peractam, petiit à fido suo discipulo & sodali F. Leone, primò aquam, ut lapidem in quo orarat, ablueret; deinde petiit vinum, quo illum eundem lapidem inspergeret, ulterius petiit oleum, quo eum deliniret & sacralet; denique petiit balsamum, quo eum pretiosissimè imbueret. Cum autem allata aqua, vino, oleo, responderet F. Leo, haud posse repetiri balsamum, utpote rarissimum quid & pretiosissimum, aperuit ei mentem suam Franciscus, dixitque hæc omnia se expectasse, quia nullo facis digno liquore posset locus ille sacralet, in quo Deus adeo admirabilia operaturus esset, quæ toto terrarum orbe, imò in cælum usque odorem suavitissimum

Lut. 1.

S. Frant.
in mont.
Alverni
à S. Spir.
unxit.

spat.

spargerent. Adhuc hodie Assisii asservatur lapis iste, cretus in formam mensæ, & circa eam hæc leguntur iacilia & exarata verba: *Mensa S. Francischi, super qua mirabiles habuit apparitiones: Et eam sanctificando fuit oleum desuper, dicens: Hæc est ara Dei. Si Jacob, ob visionem Scalz in qua conspicatus est Angelos, crexit lapidem in titulum: Merito cerretur & Francischi lapidem illum in memoriale petenae erigere, ubi tot revelationes speciales de suo ordine, & ejus profectu, & prerogativis, à Domino percipit, ubi & conficius est redditus mysterii in futuris temporibus peragendi, & totis seculis celeberrimi.*

Wading in Chron.

Isa. 59.

Gal. 6.

Elogia regula sancti Franc.

Psal. 23.

4. Privilegia à Deo S. Francis. data.

Exempl.

Neque verò solum pro se B. Francisco Christus spiritum infudit cum plenitudine, sed etiam pro omnibus filiis quos in Christo eranturaturus, quia illam plenitudinem spiritus in illos erat refuturus. Quapropter ad illum dirigi potuit à Domino illud Isaie: *Spiritus meus qui est in te, & verba que posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, nec de ore seminis tui, nec de ore seminis seminis tui, amodo & usque in sempiternum: Nempè, sicut alter Elias, quibus reliquit pallium & vestem, reliquit & spiritum in hereditatem. Nam regulam suam consignans posteris, simul spiritum quo illa adimpletur, testamentum consignavit. Porritque verè dicere: *Qui tenet hæc regulam fuerint secuti, pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei. Gratia Dei cum spiritu vestro fratres, Amen. Quid enim ejus regula aliud est, quam regula vite & perfectionis, fructus sapientia, medulla evangelii, spes salutis, via salvationis, scala caeli, clavis paradisi, pignus fœderis æterni, dictamen & ductamen Spiritus sancti? Hanc revelationem caelesti accepit, & simul accepit benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutaris suo, ut sua spiritualis generatio fieret generatio quærentium Dominum, quærentium faciem Dei Jacob.**

Quocirca in monte Alverni, dum lapideum unxit & crexit in titulum, quatuor dicitur accepisse à Domino per caelestem revelationem specialia privilegia. *Primo: Quod ejus ordo in finem usque seculi perduraret. 2. Quod qui ordini huic devoti forent, fratribus amore & opem impertientes, licet peccatores graves sint, sine penitentia vitam non sint finituri. 3. Quod Ordinis persecutores, nisi penitentiam agant, non diu sint vitam prorelaturi. 4. Quod nemo sit diu perseveraturus in Ordine in peccato mortali. Hic nonnulla exempla possent recenteri eorum qui malè mortefuncti sunt ob persecutionem Ordinis, aut ob apostasiam ab ordine: aut eorum qui pie defuncti sunt ob devotionem quam huic Ordini impendebant, gratiamque penitentia obrinuerunt: sed brevitati consulumus. Unquam hic exemplum rememoro Italianæ pernotum.*

In ea Italiæ parte Herrutia dicitur, castrum quoddam est, cui nomen *Montanti, sive Montus acuti*, in eoque nobilis degit familia, hoc habens privilegii, *Viti forigera.*

quod quoties aliquis ex illa descendens prolapia mori debet, flamma apparet super castrum, idque sit ut ad mortem se præparet, eamque cum securitate obeant. Hoc verò sibi evanire asserunt per memora sancti Francischi, qui dum vixit, frequenter cum devotione ab eis est hospitio susceptus, domumque illam benedictione cumulavit. Fuit etiam diu apud eos vestis illa Francischi in qua stigmata impressa fuere. Hoc ex ore accepti Illustrissimi Petri Aloysii Carassæ Legati Apostolici, quidid certum exploratum, Italiaque notissimum asserbat.

DE hoc sermo suo quem elegit Deus, in quo sibi complacuit, super quem spiritum suum posuit, dicit: *Suscipiam eum. Quomodo suscipiet? Utique ab utero & cunis, ad canos usque ad sepulchrum, ac totâ postmodum æternitate. Neque eum solum, sed & sortum novum sibi ab eo oblatum suscipiet. Quapropter de illis verificari illud potest: *Audite me domus Jacob, & residuum domus Israel, qui portamini à meo utero, qui gestamini à mea vulva: Usque ad senectam ego ipse, & usque ad canos ego portabo: ego feci, & ego sermavi, ego portabo, & salvabo. Hoc ipsum est quod quodam die S. Francisco dixit Dominus, dum nimis anxietate animo ob defectum nonnullorum ab ordine & sancta professione, quem futuris temporibus prævidebat. *Quid turbaris, quid ve angaris, cum tuorum quispian vel Oratorem deserit, vel scandalum concitavit? An existimas te ita gregis tui rectorem, ut non te intelligas esse Superiorem? Quis plantavit nisi ego? Quis vocat, aut vocatus Bonavent. perseverandi vires subministrat. Ego eos perduxci, ego in vitam eos revinco & servabo, ego illi cadentibus alios erigam, & semper hæc erit familia mea dilecta & electa. Ne ergo te ultra in posterum deseratis.***

PARS II. Quomodo Deus in vita & morte S. Francis. suscipit. [Isa. 46.]

Quod de ipsius Francischi persona plenius intelligere vis, quomodo à Domino dicatur specialiter me, *Suscipiam eum*: attende quod & baptismo per Angelum à Domino susceptus est hic puer: cujus rei memoria huc Alibi in sacello, parvulo Francischi dedicato, permanet. Attende etiam quomodo tota vita eum specialissimis gratiæ suæ auxiliis suscepit & amplexus eum fecit; quomodo etiam ejus preces & vota pro se & aliis suscepit Dominus; quomodo rursus patre carnali eum deserente & cepudente susceptus fuerit à patre æterno in filium; quomodo denique in die exaltationis S. Crucis amorosè à Christo susceptus fuerit in monte Alverno, ita ut potnerit tunc specialiter Domino dicere: *Tu es gloria mea, tu es susceptor meus Domine, tu exaltans caput meum, & exandisti me de monte sancto tuo. Pondera, singula hic verba, & videbis quam aptè ei conveniant.*

Per totam S. Franc. à Deo susceptus.

Psal. 9.

Psal. 73.

Quemadmodum autem in vita, sic & in morte de eo dicit Dominus: *Ecce servus meus, suscipiam eum. Responderque ei Francischi, gratias agens suam pio susceptori: *Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deducisti me, & cum gloria suscepisti me. Quid mihi est in caelo, & quæce quæce super**

k k

1877 avr.

9. Octob.
LECT. 14.
quadrip.

Mirabilis Deus in Sanctis suis, ipse dabit virtutem
& fortitudinem plebi suae, benedictus
Deus. Psal. 67.

Exordium.

Quicquid Deus per Sanctos suos admiratione dignum erit, quicquid virtutis & gratiae, quicquid sublimium donorum in eis recondit, quae postmodum publicitus patere ac lucere facit, id primum quidem in gloriam suam, ac deinde ad fidelium confirmationem & instructionem ordinar. Quapropter merito cum Propheta Regio psallimus: *Mirabilis Deus in Sanctis suis, ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suae, benedictus Deus.* Certè quicquid gratiarum ac admirabilium operum in S. Dionysio effulsit, id primum ad fidei propagationem in plebe adhuc infirma & rudi ordinatum est; atque in finem usque saeculi ad Ecclesiae profectum & firmitatem proficere. Benedictus ergo Deus, qui per Sanctos suos, omni ævo mirabilia operans, virtutem sic dat & fortitudinem, ac benedictionem plebi suae, eam exhortans & animans ad eorum sectandam virtutem, & venerandam dignè memoriam.

Cum autem in omnibus Sanctis suis, & servis electis, Deus se admirabilem reddat, specialiter S. Dionysium orbi reddidit admirandum quadruplici ratione.

- Primo in conversione ad fidem & sapientia mundi, Secundo in Sapientia divina ei infusa.
- Tertio in constantia martyrii.
- Quarto in miracula post martyrium.

Propositio.

Pars I.
Demarabilis conversione
Dion. A. J. p. 11.
mundi ad fidem.
i. Cor. 1.
Ibid.

UT igitur primò intelligamus, quare admirabilis merito dicatur ejus conversio, temerandum quod Apostolus dicit: *Videte fratres vocacionem vocastis, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles; sed quae stulta sunt elegit Deus, ut confundas sapientes; et infirma mundi elegit Deus, ut confundas fortes; ut non gloriatur omnis caro in conspectu ejus.* Rursus illud attendendum ex eodem Apostolo: *Judaei signa petunt, Graeci sapientiam quaerunt.* Nos autem praedicamus Christum crucifixum, Judaei quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam. Hoc certè manifestum fuit, dum Paulus Athenas, est ingressus praedicans Christum; cum enim non agnoscerent sapientiam, quae est desuper, descendens à Patre luminum, quam praedicabat Paulus, sed stultitiam eam reputarent, dicebant de eo: *Quid vultis seminari verbum hic dixerit.* Vocant eum verborum seminatorem & spemiologum, quasi nihil rei & veritatis sub cortice verborum, nihil medullae sub palea sermonis habentem. Alii dicebant, *Novorum demoniorum annunciator est.* Alii denique aliter eum irridebant, dum resurrectionem mortuorum annunciasset. Sic sapientibus hujus mundi Christum crucifixum annuncians ut Deum.

Jacob. 1.
A. 17.

serenam, Deus cordis mei, & pax mea Deus in aeternum. Dignatus est ei Dominus susceptionem & electionem ipsius ad gloriam ei biennio ante mortem praesignificare & revelare. Ipse verò adeo exhilaratus est spiritu, ut rotato oculo ab hac revelatione non aliud mente & voce ageret: *Laudetur Dominus, laudetur Dominus, laudetur Dominus, ipsi gloria in saecula saeculorum.* Nempe attentis cordis auribus audiverat illud celeste oraculum: *Deus omnia gratia, qui vocavit nos in aeternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum passus ipse perfecerit, confirmabit, solidabitque. Ipsi gloria & imperium in saecula saeculorum, Amen.* Sciens ergo illud modicum brevi finendum, securitatemque accipiens gloriae suae consummationis, non potuit aliud resonare quam Dei gloriam, nec horas quidem canonicas legere, nec cibum sumere, totus absorptus in Deum & Dei laudem.

1. Pet. 5.

S. Franc. moventis.

Psalm. 42.

Cum porò appropinquaret dies, quo Deus cum aeternitatis amplexu suscipere determinaret, iussit se ad Ecclesiam S. Mariae Angelorum deferri, & super nudam humum collocari; ut ubi accepterat primitias spiritus & gratiae, ibi redderet spiritum vitae. In nuda ergo decubens humo, accepit mutuo vestem à Fratris, ut usque ad extremum spiritum altissimi paupertatis (tanquam sponsae ardentem & penitentem adamatam) daret non obsecrum indicium. Ibi Fratres adhortatus ferventissimo spiritu ad regulam observationem perfectam, ad fidei Catholicae firmam obedientiam, ad paupertatis & obedientiae religiosae vigorem & rigorem, in extremo spiritu Psalmum: *Vox mea ad Dominum clamavit, quae potuit cordis vocis contentione pronuntiavit, & in illius extremis verbis spiritum reddidit Creatori, dicens: Educ de custodia animam meam ad consistendum nomini tuo. Me expectant iusti, donec retribuas mihi. O felix anima, quae de corpore & saeculo erepta, velut avis de laqueo & custodia, directissime liberis pennis volatum inquit ad Dei gratissimum suum, ubi aeternum quiete gregem galeat. Ita quiete dicam? Imò verò, ut possit perpetuo volare, pennisque perfectae visionis & amoris sine intermissione in objectum beatificum tendere, & cum sanctis mysticisque animalibus non habentibus requiem die ac nocte, Sanctus, Sanctus, Sanctus decantare. Neque solum animam suscepit Deus, sed & corpus fulcens illud, ita ut haec tenes steteret erectum.*

Exclusio.

OServe Dei electe, in quo sibi complacuit Dominus; trahere nos post te, ut sequamur vestigia illa, quae nobis praevio virtutis exemplo impressisti. Trahe nos, ut sequamur quoque sacratissima illa vestigia, quae tibi filius Dei impressit omnibus exhibenda. Trahe nos, inquam, in funiculo Adam, in vinculo charitatis, disruptis funiculis vanitatis, ut per effectum Dei voluntatem adimplere possimus, ac per penitentiam ac pietatis securam fecerim ad mentem Dei pertingere: ubi illum tecum jugiter contemplantur, & colluctantes valeamus.